



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Praxis Iurispatronatus Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;  
ac amittendi modos breuiter continens**

**Viviani, Giuliano**

**Romae, 1620**

Cap. 3. Iurispatronatus amittitur, si patronus se ingerat in perceptione fructuum beneficij patronati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61772)

niens ex persona dicti banniti.

15 Adnotandum est etiam, quod per sententiam Iudicis competētis ecclesiastici amittitur iuspatronatus, ut quando lis sit inter aliquos compatronos super iurepatronatus alicuius beneficii, & factis legitimis probationibus Iudex pronunciet iuspatronatus ad vnum pertinere, excluso altero: talis exclusus rema-

net eo priuatus omnino. Secus si in contumaciam, vel non legitime citatus priuatus fuisset; quia tunc nulla est sententia de quibus: vide Lambertin. de iurepatronat. lib. 3. quæst. 8. per omnes articulos dictæ quæst. & quod iuspatronat. non transeat in Fiscum. in casu suprascripto, vide proxim Archiepiscopalem Leonis in parte secunda. cap. 21. de iurepatronat. num. 32. & 33.

## CAPUT TERTIUM.

Iuspatronatus amittitur si patronus se ingerat in perceptione fructuum beneficii patronati,

## SUMMARIUM.

1 Patronus se ingerens in perceptione fructuum beneficii, cuius est patronus, perdit iuspatronatus.

2 Concil. Tridentin. sessione vigesima secunda de reformat. cap. 11. & sessione vigesima quinta de reformat. capitulo nono.

3 Presentatus lite pendente,

seu ante institutionem se ingerens in recollectione fructuum beneficii cadit à iure suo.

4 Cap. auaritia. de electione libro 6. procedit in omnibus beneficiis.

1 Patronus si se ingerens in perceptione fructuum beneficii patronati, aut bona ipsius usurpans, priuatus est sta-

statim iurepatronatus, & est excommunicatus. ita habetur in Concil. Trident. † Sess. 22. cap. 11. de reformat. in vers. quod si eiusdem ecclesie, & Sess. 25. de reformat. cap. 9. in versic. patroni autem beneficiorum. vide praxim Archiepiscopalem Leonis par. 2 cap. 21. num. 31. de iurepatronat. Præsentatus † autem lite pendente, seu ante institutionem ingerens se in collectione fructuum beneficij, ad quod fuit præsentatus cadit à iure suo, & tribuitur colliganti. Clement. vnica.

de sequestr. possess. & fruct. Rebuff. in sua praxi beneficia. ria de subrogationibus nu. 8. Quaranta in summa Bullarij, in verbo beneficiorum possessio, & Crescent. Decif. 6. de iurepatronat. qui concludunt text. † in cap. auaritie, de elect. lib. 6. procedere etiam in omnibus beneficijs: & ideo si præsentatus se ingerat per se, vel per alium in totum, vel in partem, ipso iure amittit ius petendi institutionem. Cardin. Serafin. Decif. 598. & 1238. num. 9. & Cardin. Mantica Decif. 261.

CAPVT QVARTVM.

Clericus beneficiatus ad quid teneatur respectu beneficij duntaxat.

SVMMARIVM.

- 1 Clericus Beneficiatus ad tria tenetur.
- 2 Idem tenetur incedere in habitu, & tonsura clericali.
- 3 Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 6.
- 4 Constitutio Sixti V. de

habitu, & tonsura clericorum.

- 5 Clericus non punitur si ex iusto timore non deferat habitum.
- 6 Vel propter paupertatem.
- 7 Vel si vnica vice tantum.
- 8 Vel propter infirmitatem.
- 9 Habitus clericalis quis sit.

10 Ha-